



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

27 De Annatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)



Barones, aut alioqui Nobiles acceptari possunt, & debent, Attamen laudabiles hæc consuetudines, iura non scripta, priuilegia Papalia, nequaquam curantur, manutenturue, sed e regione agitur per Curtisanos, ad libere electionis Episcoporum, Præpositorum, ac Decanorum, & Canonicorum præpeditiõnem, vt coadiutores aliqui contra Capitularium voluntatem ac consensum, efficiantur. Nec raro Curtisanis, licet indoctis & ignobilibus parantur ad Canonicatus huiuscemodi accessus, non obstantibus statutis & consuetudinibus, & priuilegijs præscriptis, ita quod nobilibus Germanis beneficia subtrahantur, & hæc eadem ignobilibus vel ob pecuniam, vel familiarem consuetudinem hoc pacto conferuntur, vt licet impetrantes ignobiles ad ea non admittantur, obstante sibi consuetudine, tamen si quis Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumue hæc eadem a Curtisanis impetrare velit, cum colore quodam excogitati oneris, ab eisdem vel emere, vel annuo cõsu redimere cogitur; quãquam subinde alia huic negotio prætexantur vocabula, quæ res ipsa quoque nobilibus Germaniæ supremæ atque mediæ conditionis, in magnum cedit onerum ac grauaminum cumulum.

#### INVETERATA PRIVILEGIA MANVTENENDA.

Ad hæc, quibus oia ecclesiasticis ac laicis statibus priuilegia ac immunitates sint concessæ, Præposituras, aliaque beneficia & officia per se conferendi atque eligendi, attamen per sedem Romanam nouæ subinde excogitatæ sunt technæ ac practicæ, per quas priuilegijs prædictis derogatur multifariam, immo ea penitus tolluntur, ac turbantur. Eapropter rogant Sa. Ro. Impe. Status, hoc emendandum, & in posterum cauendum, ac vnumquodque cum suis iuribus & priuilegijs defendendum, manutendendumque. Id quod rei æquitas ipsa per se sibi postulat.

#### DE ANNATIS.

Quantum ad annatas, vt vocant, attinet, quas Ecclesiastici prælati, Romano Pontifici quotannis pendunt, quasque ante



aliquot annos Germani principes Sedi Romæ, sub certis vsq; annorum metis, eo tamen modo, vt persoluerentur consenserunt, quo pecunia hæc ad nihil aliud, q̄ cōtra Turcas parandum, defensionē Romæ tāq; deposita, fideliter adseruaretur. Verum cum anni, in quos præfato modo cōsensum erat per Germanos iam olim effluerint, ac annatas dispensas, non contra Turcas, sed alio experientia Germani principes didicerint, versas. Eapropter p̄ oēs Imperij ordines illud ipsum pro onere nō mediocri huc allegatur, supplicaturq; id quod in responsione generali oratori pontificio data, ac in primis ex Cæsareꝝ Ma. literis ad Sanctitatem Pontificiam eam ob rem scriptis, liquido magis reperitur, q̄ ob causam laici status Ro. Impe. vela complicanda censuerunt.

DE CONTRIBVTIONE ECCLESIASTICORUM, ac religiosarum domuū contra Turcas, ac pro defensione iuris & tranquillitatis publicę.

28 Item postq̄ laicorum Imperij Statuum maiores, ecclesias Monasteria, cæterasq; religiosas domus per Germaniam, ad laudem omnipotentis, ita ampliter atq; hoc pacto dotarunt, diuitijs auxeruntq; q̄ iam laici ipsi, vix tertiam aut quartam partē in bonis tēporalibus possidēt, atq; ob eam causam necessitati, tā ecclesiasticorū q̄ laicorū subleuādę, ppugnandęq; ac manu defendendę paci ac iuri publicis, necnon & in Turcas, cæterosq; ecclesię Catholicę, ac sacri Ro. imperij hostes parandę expeditioni, præ rerū inopia vires minus suppetūt. Ideo negocij ipsi⁹ exigit necessitas, equitasq; q̄ sanctitas Pōtificia ita æque ac paterne rem tēperet, vt ecclesiastici etiam tanq̄ qui ampliores possident diuitias, nedū contra Turcas ad ferendum opem teneantur auxilares porrigere manus, sed ad tuendum ius publicum, ac tranquillum reipub. Christianę statum, quotannis pecunię quippiam contribuendum, ita q̄ Archiepiscopi & Episcopi ecclesiasticis prælati ac personis suę ditioni subiectis, ipsi soli ad ferendum hanc opem,